UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Superstitionibus, Contra Maleficia Sev Sortilegia Qvae Hodie vigent in orbe terrarum

Arles y Andosilla, Martin de

Romæ, 1559

Quod malefici magi incantatores & diuini & nigromantici pro eodem supponu[n]t immo verius idem significant communiter.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29941

Visual Library

domum eorum vadit : aut in ſuam domum introducit : aut interrogat ſciat ſe fidem Chriſtianam : aut baptiſmum preuaricaſſe & vt paganũ & apoſtatam & Dei inimicum : iram Dei ineternum grauiter incurrere niſi Eccleſie peniten tia emendatus & Deo reconcilietur.

Quod malefici magi incantatores & diuini & nigromantici pro eodem ſupponũt immo verius idem ſignificant communiter.

NVnc vero dicendũ eſt de maleficis quibuſdam preſuppoſitis primũ : quòd malefici & magi & incanta tores & diuĩatores pro eodẽ accipiũtur cõiter.xxvi.q iiii.ergo &.q.v.ſiquis. Ma lefici enĩ sũt vt dicit magiſter Iohãnes ni der in ſuo preceptorio.c.ix. qui nitũtur mutare corpora à ſanitate certa/gẽerati onẽ ĩpedire/aĩmã ad amorẽ vel odiũ cõci tare:& his ſimilia ſicut dicit Iſidor9.viii. ethimologiarũ.c.xviii. Malefici dicũtur

ob facinorũ magnitudinem : hi elementa concutiũt : & turbant mentes hominum & ſine vllo veneni auſu violentia tamen carminis interimunt.

Quod malefici dæmone operante poſſunt ſuis maleficiis & incantationibus veraciter homines lędere : agros & fructus eorũ deuaſtare. & in quibus dęmones poſſunt homines ſpecialiter lędere Deo permittente.

PRo cuius maiori declaratione notandum. Primo vtrum malefici poſſint veraciter ſuis malificiis & incantationibus homines lędere, agros & fructus eorũ deuaſtare & ſi ſic, quibus modis. Ad quam quęſtionem reſpondent doctores theologi : quod malefici omnibus iſtis modis poſſunt procurare lęſiones in hominibus & eorũ rebus cooperante dęmone. In quibus poteſt dę-